

Objektyp: **Issue**

Zeitschrift: **Schweizerische Kirchenzeitung : Fachzeitschrift für Theologie und Seelsorge**

Band (Jahr): - **(1920)**

Heft 43

PDF erstellt am: **05.07.2024**

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

Ein Dienst der *ETH-Bibliothek*
ETH Zürich, Rämistrasse 101, 8092 Zürich, Schweiz, www.library.ethz.ch

<http://www.e-periodica.ch>

Kirchen-Zeitung

Abonnementspreise: Franco durch die ganze Schweiz: Jährlich, bei der Expedition bestellt Fr. 7.—, halbjährlich, bei der Post bestellt, Fr. 3.80, bei der Expedition bestellt Fr. 3.60; *Ausland*, bei direkter Zusendung durch die Expedition jährlich Fr. 9.80

Verantwortliche Schriftleitung:
Msgr. A. Meyenberg, Can. et Prof. Theol., in Luzern
Dr. V. von Ernst, Prof. der Theologie in Luzern

Erscheint je Donnerstags

Verlag und Expedition:
Räber & Cie., Buchdruckerei u. Buchhandlung, Luzern

Inhaltsverzeichnis.

Litterae Encyclicae. — Totentafel. — Rezensionen. —
Kirchenamtlicher Anzeiger. — Briefkasten.

LITTERAE ENCYCLICAE

(Fortsetzung und Schluss.)

Habetis, Venerabiles Fratres, ex Hieronymi exemplo et auctoritate quibus virtutibus oporteat instructum esse, quisquis se ad lectionem studiumve Bibliorum conferat: nunc ipsum audiamus docentem quorsum sacrarum litterarum cognitio spectare quidque debeat intendere. Primum in iis paginis cibis quaerendus est, unde vita spiritus ad perfectionem alatur: quam ob causam Hieronymus in lege Domini meditari die ac nocte et in sanctis Scripturis panem de caelo ac manna caeleste, omnes in se delicias habens, consuevit comedere¹. Quo quidem cibo animus noster carere qui possit? Et quomodo ecclesiasticus vir viam salutis alios doceat, quando, neglecta Scripturae meditatione, se ipse non docet? Aut quo pacto, sacra administrando, confidat se „esse ducem caecorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiae et veritatis in lege“², si hanc legis doctrinam commentari nolit et superno lumini aditum prohibeat? Heu quot sacrorum administri, posthabita Bibliorum lectione, fame ipsi pereunt et alios nimis multos interire sinunt, cum scriptum sit: „Parvuli petierunt panem et non erat qui frangeret eis“³. „Desolata est omnis terra quia nullus est qui recogitet corde“⁴. Deinde, ut res postulaverit, argumenta ex Scripturis petenda sunt quibus fidei dogmata illustremus, confirmemus, tueamur. Quod ille mirifice praestitit, adversus sui temporis haereticos dimicans: quos ad refellendos, quam acuta, quam solida e locis Scripturae arma desumpserit, omnia eius opera luculenter ostendunt. In quo si eum imitati erunt nostri Scripturarum interpretes, id profecto consecuturum est — quod decessor Noster in Encyclicis Litteris „Providentissimus Deus“ „maxime optabile et necessarium“ dixit —, ut „eiusdem Scripturae usus in universam theologiae influat disciplinam eiusque prope sit anima“. Praecipuus denique

Scripturae usus ad divini verbi ministerium pertinet, sancte fructuoseque exercendum. Atque hoc loco, gratissimum est Doctoris Maximi verbis roborari praecepta, quae Nos Litteris Encyclicis „Humani generis“ de verbi divini praedicatione tradidimus. Ac profecto insignis interpres tam graviter, tam frequenter continuam sacrarum Litterarum lectionem ad id potissimum sacerdotibus commendat, ut munere docendi et contionandi digne perfungantur. Neque enim eorum sermo habeat aliquid, cum momenti et ponderis, tum ad effingendos animos efficacitatis, nisi a sacra Scriptura informetur ab eaque vim suam ac robur mutuatur. „Sermo presbyteri Scripturarum lectione conditus sit“⁵. Nam „quidquid in Scripturis sanctis dicitur, tuba comminans est et grandi voce credentium aures penetrans“⁶. „Nihil enim ita percutit, ut exemplum de Scripturis sanctis“⁷.

Quae autem sanctus Doctor habet de legibus in usu Bibliorum servandis, ea, quamquam ad interpretes quoque, maximam partem, pertinent, sacerdotes in verbi divini praedicatione ante oculos habento. Ac primo quidem monet, ipsa Scripturae verba perdiligenter consideremus, ut certo constet quidnam sacer scriptor dixerit. Neque enim quisquam ignorat, Hieronymum, si quando opus esset, consuevisse ad codicem primigenium adire, aliam interpretationem cum alia comparare, vim verborum excutere et, si qui incidisset error, causas erroris aperire ut de ipsa lectione omnis tolleretur dubitatio. Tum vero, quae in verbis insit significatio et sententia, docet esse inquirendum, quia „de Scripturis sanctis disputanti non tam necessaria sunt verba quam sensus“⁸. Atque in eiusmodi significatione perscrutanda minime diffitemur Hieronymum, doctores latinos nonnullosque ex graecis superiorum temporum imitatum, fortasse plus aequo allegoricis interpretationibus initio concessisse. Verum fecit ipse sacrarum Librorum amor, fecit perpetuus labor in eos recognoscendos ac penitus percipiendos impensus, ut cotidie magis in recta sensus litteralis aestimatione proficeret, et sana hoc in genere principia proponeret; quae, cum nunc quoque tutam omnibus viam muniant ad plenum ex sacris libris sensum eruendum, breviter exponemus. Ad litteralem igitur seu historicam explicationem in primis animum inten-

¹ Tract. de Ps. 147.

² Rom. 2, 19 s.

³ Thren. 4, 4.

⁴ Ier. 12, 11.

⁵ Ep. 25, 8, 1.

⁶ In Amos 3, 3 ss.

⁷ In Zach. 9, 15 s.

⁸ Ep. 29, 1, 3.

dere debemus: „Prudentem semper admoneo lectorem, ut non superstitiosis acquiescat interpretationibus et quae commatice pro fingentium dicuntur arbitrio, sed consideret priora, media et sequentia, et nectat sibi universa quae scripta sunt“⁹. Addit, reliquum omne interpretationis genus, tamquam fundamento, sensu litterali inniti¹⁰, qui neque tum abesse putandus est, cum aliquid translate effertur; nam „frequenter historia ipsa metaphorice textitur et sub imagine . . . praedicatur“¹¹. Qui vero opinantur, Doctorem nostrum id nonnullis Scripturae locis tribuisse quod sensu historico carerent, eos ipsemet refellit: „Non historiam denegamus, sed spiritalem intelligentiam praeferrimus“¹². Litterali autem seu historica significatione in tuto collocata, interiores altioresque rimatur sensus, ut exquisitiore epulo spiritum pascat: docet enim de libro Proverbiorum, idemque de reliquis Scripturae partibus saepe monet, sistendum non esse in solo litterali sensu, „sed, quasi in terra aurum, in nuce nucleus, in hirsutis castanearum operculis absconditus fructus inquiritur, ita in eis divinum sensum altius perscrutandum“¹³. Quamobrem, cum Sanctum Paulinum edoceret, „quo in Scripturis sanctis calle gradiatur“, „totum“, ait, „quod legimus in divinis libris, nitet quidem et fulget etiam in cortice, sed dulcius in medulla est. Qui esse vult nucleum, frangit nucem“¹⁴. Monet tamen, cum de quaerendo agitur eiusmodi interiore sensu, quemdam modum esse adhibendum, „ne, dum spirituales divitias sequimur, historiae contemnere paupertatem videamur“¹⁵. Itaque haud paucas improbat antiquorum scriptorum mysticas interpretationes ob eam praecipue causam quod in litterali sensu minime inniterentur: „ut omnes illius repromissiones quas sancti prophetae suo ore cecinerunt, non inanem sonum habeant et crassa solius tropologiae nomina, sed fundentur in terra et cum historiae habuerint fundamenta, tunc spiritualis intelligentiae culmen accipiant“¹⁶. Qua in re sapienter animadvertit, non esse a Christi et Apostolorum vestigiis discedendum, qui, quamquam Vetus Testamentum uti Novi Foederis praeparationem et obumbrationem considerant proptereaque locos complures typice interpretantur, non omnia tamen ad typicam significationem trahunt. Atque, ut rem confirmet, saepe ad Paulum Apostolum appellat, qui, exempli gratia, „exponens sacramenta Adae et Evae, non negavit plasmationem eorum, sed super fundamentum historiae spiritalem intelligentiam aedificans ait: Propter hoc relinquet homo etc.“¹⁷. Quodsi sacrarum Litterarum interpretes et divini verbi praecones, Christi et Apostolorum exemplum secuti monitisque Leonis XIII obtemperantes, ea non neglexerint „quae ab eisdem Patribus ad allegoricam similemve sententiam translata sunt, maxime cum ex litterali descendant, et multorum auctoritate fulciantur“, et modeste temperateque e litterali sententia ad altiora exurgant atque se erigant,

cum Hieronymo experientur quam verum illud Pauli: „Omnis Scriptura divinitus inspirata est utilis ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia“¹⁸, et larga ex infinito Scripturarum thesauro habituri sunt rerum sententiarumque subsidia, quibus fortiter suaviterque vitam moresque fidelium ad sanctitatem conforment.

Quod vero attinet ad exponendi et dicendi rationem, quoniam inter dispensatores mysteriorum Dei quaeritur ut fidelis quis inveniatur, statuit Hieronymus, potissimum „veritatem interpretationis“ retinendam esse et „commentatoris officium esse, non quid ipse velit, sed quid sentiat ille quem interpretatur, exponere“¹⁹; adiicit autem, „grande periculum esse in Ecclesia loqui, ne forte interpretatione perversa de Evangelio Christi hominis fiat Evangelium“²⁰. Deinde „in explanatione sanctarum Scripturarum non verba composita et oratoriis flosculis adornata, sed eruditio et simplicitas quaeritur veritatis“²¹. Quam quidem ad normam cum scripta sua exararet, in commentariis proficitur hoc sibi habere propositum, non ut verba sua „laudentur, sed ut quae ab alio bene dicta sunt, ita intellegantur ut dicta sunt“²²; in expositione vero divini verbi eam requiri orationem. quae „nullam lucubrationem redolens. . . rem explicet, sensum edisserat, obscura manifestet, non quae verborum compositione frondescat“²³. Atque hic placet plures Hieronymi locos subiicere, e quibus liquet, quam vehementer ab eloquentia illa abhorreret declamatorum propria, quae vacuo verborum strepitu et celeritate loquendi inanes plausus intendit. „No!o te“, monet Nepotianum presbyterum, „declamatorem esse et rabulam garrulumque, sed mysterii peritum et sacramentorum Dei tui eruditissimum. Verba volvere et celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem sui facere, indoctorum hominum est“²⁴. „Ex litteratis quicumque hodie ordinantur, id habent curae, non quomodo Scripturarum medullas ebibant, sed quomodo aures populi declamatorum flosculis mulceant“²⁵. „Taceo de mei similibus, qui si forte ad Scripturas sanctas post saeculares litteras venerint, et sermone composito aurem populi mulserint, quidquid dixerint, hoc legem Dei putant, nec scire dignantur quid prophetae, quid Apostoli senserint, sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia: quasi grande sit et non vitiosissimum dicendi genus, depravare sententias et ad voluntatem suam Scripturam trahere repugnantem“²⁶. „Nam sine Scripturarum auctoritate garrulitas non haberet fidem, nisi viderentur perversam doctrinam etiam divinis testimoniis roborare“²⁷. Verum haec garrula eloquentia et verbosa rusticitas „nihil mordax, nihil vividum, nihil vitale demonstrat, sed totum flaccidum marcidumque et mollitum ebullit in olera et in herbas, quae cito arescunt et corruunt“; simplex, contra, Evangelii doctrina, similis minimo grano sinapis, „non ex-

⁹ In Matth. 25, 13.

¹⁰ Cf. in Ez. 38, 1 ss.; 41, 23 ss.; 42, 13 s.; in Marc. 1, 13-31; Ep. 129, 6, 1 etc.

¹¹ In Hab. 3, 14 ss.

¹² In Marc. 9, 1-7; cf. in Ez. 40, 24-27.

¹³ In Eccle. 12, 9 s.

¹⁴ Ep. 58, 9, 1.

¹⁵ In Eccle. 2, 24 ss.

¹⁶ In Amos 9, 6.

¹⁷ In Is. 6, 1-7.

¹⁸ 2 Tim. 3, 16.

¹⁹ Ep. 49 al. 48, 17, 7.

²⁰ In Gal. 1, 11 ss.

²¹ In Amos. Praef. in 1, 3.

²² In Gal.; Praef. in 1. 3.

²³ Ep. 36, 14, 2; cf. Ep. 140, 1, 2.

²⁴ Ep. 52, 8, 1.

²⁵ Dial. c. Lucif. 11.

²⁶ Ep. 53, 7, 2.

²⁷ In Tit. 1, 10 s.

surgit in olera, sed crescit in arborem, ita ut volucres caeli . . . veniant et habitent in ramis eius"²⁸. Quare hanc sanctam dicendi simplicitatem, cum perspicuitate et venustate minime quaesita coniunctam, ipse in omnibus sectabatur: „Sint alii disertis, laudentur ut volunt et inflatis buccis spumantia verba trutinantur: mihi sufficit sic loqui ut intellegar et ut de Scripturis disputans Scripturarum imiter simplicitatem"²⁹. Etenim „ecclesiastica interpretatio etiamsi habet eloquii venustatem, dissimulare eam debet et fugere, ut non otiosis philosophorum scholis paucisque discipulis, sed universo loquatur hominum generi"³⁰. Quae profecto consilia et praecepta si iuniores sacerdotes ad effectum deduxerint et seniores continenter prae oculis habuerint, confidimus eos fore Christifidelium animis per ministerium sacrum summopere profuturos.

Reliquum est, Venerabiles Fratres, ut „dulces fructus“ commemoremus, quos Hieronymus „de amaro semine litterarum“ decerpit, in eam erecti spem, futurum, ut eius exemplo ad cognoscendam percipiendamque sacri codicis virtutem sacerdotes et fideles vestris curis concrediti incenduntur. Sed tantas tamque suaves spiritus delicias, quibus pius anachoreta affluebat, malumus ex eius veluti ore quam ex Nostris verbis complectamini. Audiatis igitur quomodo de sacra hac disciplina Paulinum „symmystam, sodalem et amicum“ alloquatur: „Oro te, frater carissime, inter haec vivere, ista meditari, nihil aliud nosse, nihil quaerere, nonne tibi videtur iam hic in terris regni caelestis habitaculum?“³¹. Alumnam vero suam, Paulam ita interrogat: „Oro te, quid hoc sacratius sacramento? quid hac voluptate iucundius? Qui cibi, quae mella sunt dulciora quam Dei scire prudentiam, in adyta eius intrare, sensum Creatoris inspicere et sermones Domini tui, qui ab huius mundi sapientibus deridentur, plenos docere sapientia spiritali? Habeant sibi ceteri suas opes, gemma bibant, serico niteant, plausu populi delectentur et per varias voluptates divitias suas vincere nequeant: nostrae deliciae sint, in lege Domini meditari die ac nocte, pulsare ianuam non patentem, panes Trinitatis accipere et saeculi fluctus, Domino praeeunte, calcare“³². Ad eandem Paulam et filiam eius Eustochium in commentario Epistulae ad Ephesios: „Si quidquam est, Paula et Eustochium, quodin hac vita sapientem teneat et inter pressuras et turbines mundi aequo animo manere persuadeat, id esse vel primum reor meditationem et scientiam Scripturarum“³³. Qua cum ipse uteretur, gravibus animi maeroribus corporisque aegrotationibus affectus, tamen pacis et interioris gaudii solacio fruebatur: quod quidem gaudium non erat in vana atque otiosa delectatione positum, sed, a caritate profectum in caritatem actuosam erga Ecclesiam Dei convertebatur, cui divini verbi custodia a Domino commissa est.

Etenim in sacris utriusque Foederis Litteris Ecclesiae Dei laudes legebat passim praedicatas. Singulae fere illustres sanctaeque mulieres, quae in Veteri Testamento honorificum obtinent locum, nonne huius Christi Sponsae

figuram praeferebant? Nonne sacerdotium et sacrificia, instituta et sollempnia, universae paene Veteris Testamenti res gestae ad eam adumbrandam pertinebant? Quid, quod tot Psalmorum et prophetarum vaticinationes in Ecclesia divinitus impletas intuebatur? Non ipsi denique audita erant, a Christo Domino et ab Apostolis enuntiata, maxima eiusdem Ecclesiae privilegia? Quidni igitur in animo Hieronymi amorem erga Christi Sponsam cotidie magis excitaverit scientia Scripturarum? Iam vidimus, Venerabiles Fratres, quanta reverentia et quam flagranti caritate is Ecclesiam Romanam et Petri Cathedram prosequeretur; vidimus quam acriter Ecclesiae adversarios impugnaret. Cum autem iuniori commilitoni Augustino, idem proelium proelianti, plauderet, et se una cum eo haeticorum invidiam in se suscepisse laetaretur: „Macte virtute“, ita eum alloquitur, „in orbe celebraris. Catholici te conditorem antiquae rursus fidei venerantur atque suscipiunt, et, quod signum maioris gloriae est, omnes haetici detestantur, et me pari persequuntur odio, ut quos gladiis nequeant, voto interficiant“³⁴. Quae egregie confirmat Postumianus, apud Sulpicium Severum de Hieronymo testatus: „Cui iugis adversum malos pugna perpetuumque certamen concivit odia perditorum. Oderunt eum haetici, quia eos impugnare non desinit; oderunt clerici, quia vitam eorum insectatur et crimina. Sed plane eum omnes boni admirantur et diligunt“³⁵. Quo ex haeticorum perditorumque hominum odio multa perpessu aspera Hieronymus oppetiit, tum maxime cum Pelagiani coenobium Bethlehemiticum tumultuose adorti vastarunt; at omnes indignitates contumeliasque libenter pertulit, neque animo concidit, utpote qui pro tuenda Christi fide mori non dubitaret: „Hoc meum gaudium est“, ad Apronium scribit, „quando in Christo audio filios meos dimicare, et istum zelum in nos ipse confirmet, cui credimus, ut pro fide eius sanguinem voluntarie fundamus . . . Nostra autem domus secundum carnales opes haeticorum persecutionibus penitus eversa, Christo propitio spiritalibus divitiis plena est. Melius est enim panem manducare quam fidem perdere“³⁶. Quodsi errores nusquam impune serpere passus est, haud minore sane studio in perditos mores vehementi illo suo dicendi genere usus est, ut, quantum in se erat, Christo „exhiberet . . . gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid eiusmodi, sed ut sit sancta et immaculata“³⁷. Quam graviter eos increpat, qui sacerdotalem dignitatem pravo vitae instituto violarent! Quam eloquenter ethnicos vituperat mores, qui ipsam Urbem magna ex parte inficerent! Hanc vero vitiorum scelerumque omnium colluviem ut quoquo pacto cohiberet, opponere ipse virtutum christianarum praestantiam atque pulchritudinem, verissime ratus nihil tam ad malum aversandum valere quam rerum optimarum amorem; instare ut adulescentes pie ac recte instituerentur; gravibus consiliis coniuges ad vitae integritatem sanctitatemque hortari; studium virginittatis purioribus instillare animis; arduam quidem sed suavem interioris vitae severitatem omnibus laudibus extollere; primam illam christianae religionis legem, caritatis

²⁸ In Matth. 13, 32.

²⁹ Ep. 36, 14, 2.

³⁰ Ep. 48 al. 49, 4, 3.

³¹ Ep. 53, 10, 1.

³² Ep. 30, 13.

³³ In Eph., Prol.

³⁴ Ep. 141, 2; cf. Ep. 134, 1.

³⁵ Postumianus apud Sulp. Sev., Dial. 1, 9.

³⁶ Ep. 139.

³⁷ Eph. 5, 27.

scilicet cum labore coniunctae, qua servata, e perturbationibus ad tranquillitatem odinis se hominum societas feliciter reciperet, omni contentione urgere. De caritate autem ita praclare ad Sanctum Paulinum: „Verum Christi templum anima credentis est: illam exorna, illam vesti, illi offer donaria, in illa Christum suscipe. Quae utilitas, parietes fulgere gemmis et Christum in paupere fame mori?“³⁸. Laboris vero legem non scriptis modo, sed totius quoque vitae exemplis tam impense omnibus suadebat, ut Postumianus, qui sex menses cum Hieronymo in urbe Bethlehem commoratus erat, apud Sulpicium Severum testatus sit: „Totus semper in lectione, totus in libris est: non die, non nocte requiescit; aut legit aliquid semper aut scribit“³⁹. Ceterum, quantum Ecclesiam adamaret, liquet etiam ex commentariis, in quibus nullam dilaudandae Christi Sponsae opportunitatem praeterit. Ita, exempli causa, in explanatione Aggaei prophetae legimus: „Venerunt electa omnium gentium et repleta est gloria domus Domini, quae est Ecclesia Dei viventis, columna et firmamentum veritatis. . . His metallis illustrior fit Ecclesia Salvatoris quam quondam synagoga fuerat: his lapidibus vivis aedificatur domus Christi et pax ei praebetur aeterna“⁴⁰. Et in Michaeam: „Venite, ascendamus in montem Domini: ascensione opus est ut quis ad Christum valeat pervenire et domum Dei Iacob, Ecclesiam, quae est domus Dei, columna et firmamentum veritatis“⁴¹. In prooemio commentarii in Matthaeum: „Ecclesia . . . supra petram Domini voce fundata est, quam introduxit Rex in cubiculum suum et ad quam per foramen descensionis occultae misit manum suam“⁴².

Quemadmodum in postremis, quos attulimus, locis, sic plerumque Dominum Iesum intime cum Ecclesia coniunctum Doctor noster concelebrat. Caput enim cum a corpore mystico separari nequeat, necessario coniungitur cum Ecclesiae studio Christi amor, qui scientiae Scripturarum praecipuus atque dulcissimus omnium fructus habendus est. Hanc profecto sacri codicis scientiam adeo Hieronymus persuasum habebat usitatam esse viam qua ad cognitionem et amorem Christi Domini pervenitur, ut asseverare minime dubitaverit: „Ignoratio Scripturarum ignorantia Christi est“⁴³. Idem ad sanctam Paulam scribit: „Quae enim alia potest esse vita sine scientia Scripturarum per quas etiam ipse Christus agnoscitur, qui est vita credentium?“⁴⁴. In Christum enim veluti centrum omnes utriusque Testamenti paginae vergunt; et Hieronymus, cum verba Apocalypsis explanat quae sunt de fluvio et ligno vitae, inter alia, haec habet: „Unus fluvius egreditur de throno Dei, hoc est gratia Spiritus Sancti, et ista gratia Spiritus Sancti in sanctis Scripturis est, hoc est in isto fluvio Scripturarum. Tamen iste fluvius duas ripas habet, et Vetus et Novum Testamentum, et in utraque parte arbor plantata Christus est“⁴⁵. Nihil igitur mirum si, quaecumque in sacro codice leguntur, ea, pia meditatione, ad Chri-

stum referre consueverat: „Ego quando lego Evangelium et video ibi testimonia de lege, testimonia de prophetis, solum Christum considero: sic vidi Moysen, sic vidi prophetas, ut de Christo intellegerem loquentes. Denique quando venero ad splendorem Christi et quasi splendidissimum lumen clari solis adspexero, lucernae lumen non possum videre. Numquid lucernam si incendas in die, lucere potest? Si sol luxerit, lux lucernae non paret: sic et Christo praesente comparata lex et prophetae non apparent. Non detraho legi et prophetis, quin potius laudo, quia Christum praedicant. Sed sic lego legem et prophetas ut non permaneam in lege et prophetis, sed per legem et prophetas ad Christum perveniam“⁴⁶. Ita, qui Christum ubique pie quaereret, eum Scripturarum commentatione ad amorem et scientiam Domini Iesu mirifice efferrī cernimus, in qua margaritam illam Evangelii pretiosam invenit: „Unum autem est pretiosissimum margaritum, scientia Salvatoris et sacramentum passionis illius et resurrectionis arcanum“⁴⁷. Qua Christi caritate cum flagraret, nimirum fiebat ut, pauper humilis cum Christo, animo ab omnibus terrenis curis libero ac soluto, unice Christum quaereret, eius spiritu ageretur, cum eo coniunctissime viveret, eum patientem in se, imitando, effingeret, nihil haberet antiquius quam ut cum Christo et pro Christo pateretur. Quare, cum, iniuriis odiisque improborum hominum lacessitus, Damaso vita functo, Roma discessisset, in eoque esset ut navem conscenderet, haec scribebat: „Et licet me sceleratum quidam putent et omnibus flagitiis obrutum, et pro peccatis meis etiam haec parva sint, tamen tu bene facis, quod ex tua mente etiam malos bonos putas . . . Gratias ago Deo meo quod dignus sum quem mundus oderit . . . Quotam partem angustiarum perpessus sum qui cruci milito? Infamiam falsi criminis importarunt: sed scio per malam et bonam famam perveniri ad regna caelorum“⁴⁸. Et sanctam virginem Eustochium ad eiusmodi vitae labores pro Christo fortiter ferendos sic hortabatur: „Grandis labor, sed grande praemium, esse quod Martyres, esse quod Apostolos, esse quod Christus est . . . Haec omnia, quae digessimus, dura videbuntur ei qui non amat Christum. Qui autem omnem saeculi pompam pro purgamento habuerit et vana duxerit universa sub sole, ut Christum lucrifaciat, qui commortuus est Domino suo et conresurrexit et crucifixit carnem cum vitiis et concupiscentiis, libere proclamabit: Quis nos separabit a caritate Christi“⁴⁹. Fructus igitur e sacrorum voluminum lectione Hieronymus capiebat uberimos: inde interiora illa lumina, quibus ad Christum magis magisque cognoscendum adamandumque trahebatur; inde spiritum illum orationis, de quo tam pulchra conscripsit; inde mirabilem illam cum Christo consuetudinem, cuius incitatus deliciis, per arduam crucis semitam, ad adipiscendam victoriae palmam sine intermissione procurrit. Idem continuo animi ardore in Sanctissimam Eucharistiam ferebatur, cum „nihil illo ditius qui Corpus Domini canistro vimineo, sanguinem portat vitro“⁵⁰; nec minore reverentia et pietate Deiparam colebat cuius perpetuam vir-

³⁸ Ep. 58, 7, 1.

³⁹ Postumianus apud Sulp. Sev., Dial. 1, 9.

⁴⁰ In Agg. 2, 1 ss.

⁴¹ In Mich. 4, 1 ss.

⁴² In Matth., Prol.

⁴³ In Is., Prol.; cf. tract. de Ps. 77.

⁴⁴ Ep. 30, 7.

⁴⁵ Tract. de Ps. 1.

⁴⁶ Tract. in Marc. 9, 1-7.

⁴⁷ In Matth. 13, 45 s.

⁴⁸ Ep. 45, 1. 6.

⁴⁹ Ep. 22, 38 s.

⁵⁰ Ep. 125, 20, 4.

ginitatem pro viribus defendit; eandemque Dei Matrem, nobilissimum virtutum omnium exemplar, Christi sponsis proponere ad imitandum consueverat⁵¹. Quamobrem nemo mirabitur, tam vehementer Hieronymum allectum atque attractum esse iis Palaestinae locis quae Redemptor Noster et Sanctissima eius Mater consecravissent; ipsius profecto sententiam in iis licet agnoscere, quae Paula et Eustochium, eius discipulae, ex urbe Bethlehem ad Marcellam conscripserunt: „Quo sermone, qua voce speluncam tibi possumus Salvatoris exponere? Et illud praesepe, in quo infantulus vagiit, silentio magis quam infirmo sermone honorandum est . . . Ergone erit illa dies, quando nobis liceat speluncam Salvatoris intrare, in sepulcro Domini flere cum sorore, flere cum matre? Crucis deinde lignum lambere et in Oliveti monte cum ascendente Domino, voto et animo sublevari?“⁵². Has igitur recolens sacras memorias, Hieronymus, Roma procul, corpori quidem duriores sed tam suavem animo vitam agebat, ut exclamaret: „Habeat Roma, quod angustior Urbe Romana possidet Bethelhem“⁵³.

Sanctissimi viri optatum, alia ratione atque ipse intellegebat, perfectum esse, est cur Nos gaudeamus et Romani cives Nobiscum gaudeant; quas enim Doctoris Maximi reliquias, in illo ipso specu conditas, quem tamdiu incoluerat, Davidica nobilissima civitas se olim possidere gloriabatur, eas iam felix Roma habet, in maiore Deiparae Basilica depositas, apud ipsum Praesepe Domini. Silet quidem vox illa, cuius sonum e solitudine olim prodeuntem totus audivit catholicus orbis; sed scriptis suis, quae „per universum mundum quasi divinae lampades rutilant“⁵⁴, Hieronymus adhuc clamat. Clamat, quae sit Scripturarum praestantia, quae integritas et historica fides, quam dulces fructus earum lectio pariat ac meditatio. Clamat, ut ad institutum vitae christiano nomine dignum omnes Ecclesiae filii redeant, et ab ethnicorum moribus, qui hac nostra aetate paene revixisse videntur, se immunes atque incolumes servent. Clamat, ut Petri Cathedra, Italicorum praesertim pietate et studio, quorum in finibus divinitus constituta est, eo sit in honore, ea fruatur libertate, quam apostolici muneris dignitas atque ipsa perfunctio omnino postulant. Clamat ut christianae illae gentes, quae ab Ecclesia Matre misere desciverunt, ad eam denuo confugiant, in qua spes omnis posita est salutis aeternae. Atque utinam his monitis obsequantur orientales in primis Ecclesiae, quae iam nimium diu a Petri Cathedra averso sunt animo. Hieronymus enim, cum in iis regionibus viveret et Gregorio Nazianzeno Didymoque Alexandrino usus esset magistras, orientalium aetatis suae populorum doctrinam ea complexus est pervulgata sententia: „Si quis in Noe arca non fuerit, periet regnante diluvio“⁵⁵. Cuius diluvii fluctus nonne hodie impendent ad omnia, nisi eos Deus avertat, hominum instituta destruenda? Ecquid enim, sublato, universarum rerum auctore et conservatore, Deo, non corruat? Ecquid non pereat, quod ab se Christum, qui vita est, segregarit? Sed qui olim, discipulis comprecantibus, mare turbatum tranquillavit, potest idem pulcherrima pa-

cis munera exagitatae hominum consortioni restituere. In quo opituletur Hieronymus Ecclesiae Dei, quam cum peramanter coluit, tum a quavis adversariorum oppugnatione strenue defendit; idque patrocinio suo impetret, ut, discidiis secundum Iesu Christi optata compositis, „fiat unum ovile et unus pastor“.

Iam quae, Venerabiles Fratres, quinto decimo a Doctoris Maximi obitu exeunte saeculo, vobiscum communicavimus, ea vos ad clerum populumque vestrum perferre ne cunctemini, ut omnes, Hieronymo duce ac patrono, non modo catholicam de divina Scripturarum inspiratione doctrinam retineant ac tueantur, sed etiam principiis studiosissime inhaereant, quae Litteris Encyclicis „Providentissimus Deus“ et hisce Nostris praescripta sunt. Universis interea Ecclesiae filiis optamus, ut, sacrarum Litterarum dulcedine perfusi et roborati, supereminentem Iesu Christi scientiam assequantur: cuius auspiciem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, vobis, Venerabiles Fratres, cunctoque clero et populo vobis concredito, apostolicam benedictionem amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die XV mensis Septembris anno MDCCCXX, Pontificatus Nostri septimo.

BENEDICTUS PP. XV

Totentafel.

Am Abend des 2. Oktober starb zu **Beromünster** der hochw. Chorberr **Franz Xaver Unternährer**, von Escholzmatt, nach langen Leiden. Fast sein ganzes Leben war der Schule gewidmet, als Lehrer und als Inspektor hat er um die Heranbildung der Jugend sich grosse Verdienste erworben. Er war am 24. Februar 1842 zu Escholzmatt geboren und machte nach den Primarschulen seines Heimatortes den grössten Teil seiner Gymnasial-, Lyzeal- und theologischen Studien in Luzern. Die unmittelbare Vorbereitung auf den geistlichen Stand erhielt er in Solothurn. Am 2. Juni 1867 wurde er durch Bischof Eugenius zum Priester geweiht. Um sich für die ihm zugedachte Stelle eines Professors am Gymnasium noch speziell vorzubereiten, hörte er philologische Vorlesungen in Freiburg i. Br. und Tübingen. 1869 trat er seine Stelle an, um sie aber schon im folgenden Jahre mit der Seelsorgetätigkeit eines Pfarrers in Marbach zu vertauschen. Doch kehrte er schon bald zum Lehrfach zurück. Nach einem kurzen Aufenthalt am Stift Münster als Kaplan der St. Galluspfründe kam Xaver Unternährer 1875 als Kaplan und Lehrer der Sekundarschule nach Frick und 1881 als Kaplan und Real-schullehrer nach Rorschach. An beiden Orten zeigte er sich als vorzüglicher Lehrer und erwarb er sich viel Anerkennung und Zutrauen. 1882 wurde er Rektor der Schule in Rorschach, ebenso in der Folge Mitglied und Präsident des Ortsschulrates und des Bezirksschulrates, sowie des katholischen Kollegiums des Kantons St. Gallen. Trotzdem konnte er seine engere Heimat, den Kanton Luzern nicht vergessen. 1890 entsagte er seiner Tätigkeit in den Landen des hl. Gallus und liess sich als Pfarrer der kleinen Gemeinde Greppen am Fusse des Rigiberger wählen. Hier war er nun wieder in der Seelsorge, 16 Jahre lang. Durch eine Volksmission im Jahre 1901 erneuerte er den Geist der Pfarrei, durch würdige Restauration auch das äus-

⁵¹ Cf. Ep. 22, 38, 3.

⁵² Ep. 46, 11, 13.

⁵³ Ep. 54, 13, 6.

⁵⁴ Cassian., De incarn. 7, 26.

⁵⁵ Ep. 15, 2, 1.

sere Gotteshaus-Erkrankungen der Brust und der Augen, die von Zeit zu Zeit auftraten, mahnten ihn indessen, 1906 am Stifte Münster eine Ruhestelle zu suchen. Doch war er auch hier nicht müßig. Wie schon oben angedeutet, hat er auch im Kanton Luzern seine Freude an der Schule betätigt. Von 1892 bis 1903 war er Inspektor des Bezirkes Kriens-Malters, von 1903 bis 1907 des Bezirkes Habsburg, von 1907 bis 1918 des Bezirkes Sempach und bis kurz vor seinem Tode der Stiftsschule in Münster. Er war als Inspektor streng und pflichteifrig. In seiner letzten Krankheit bereitete er sich sorgfältig auf den Tod vor, der am 2. Oktober diesem tätigen Leben ein Ziel setzte.

R. I. P.

Dr. F. S.

Rezensionen.

Apologetisches. Defensio cleri.

Der Knechtsdienst des katholischen Priesters. Gedanken über das Priesterideal, von Univ.-Prof. Dr. Engelbert Krebs. Oberbad. Verlagsanstalt, Konstanz 1920.

Eigentlich eine Abwehrschrift gegen die Anklage eines verirrten Mitbruders. Aber das Positive überwiegt die Kontroverse und bietet Gedanken über das Verhältnis des Priesters zur kirchlichen Obrigkeit, welche allgemeinen Wert haben. Die Schrift ist mit edlem Freimut und mit persönlicher Note geschrieben, anregend und ermunternd, so dass sie mit Gewinn von jedem Priester gelesen wird.

F. W.

Katechetisches.

Alles wird geheiligt durch Gottes Wort. IV. Bd. Sonntagspredigten, von Emil Kraim. Verlag v. Wilhelm Bader, 1920. Rottenburg a. N.

Dieses vierte Bändchen enthält auf 217 Seiten 19 Sonntagspredigten, zwei Ansprachen auf den Weissen Sonntag und eine solche bei einer Schulentlassungsfeier. In markanter Sprache und prägnanter Form weiss Stadtpfarrer Kaim von Kannstadt die modern gestimmten Seelen einer Großstadt der Diaspora an seine Kanzel zu fesseln und ihnen wahres Lebensbrot zu brechen. Aus allen Predigten klingt der auktoritative Akzent seines Vorbildes und Meisters, des Bischofs Keppler von Rottenburg, wirksam und deutlich heraus. Die Einteilung des Stoffes ist übersichtlich und klar, die Ausführung spannend von Anfang bis zu Ende, hl. Schrift, Legende und Tagesereignisse sind geschickt, mitunter packend in den Dienst der hl. Sache gestellt. Wer nach Kaim das Wort Gottes austreut, wird wohl immer Erfolg haben. Darum darf obiges Sammelwerk, besonders aber das neueste 4. Bändchen, jedem Prediger, der wenig Vorbereitungszeit hat, als guter Freund empfohlen werden. Es wäre nur zu wünschen, dass Herr Stadtpfarrer Kaim auch noch an den übrigen Sonn- und Feiertagen predigen und einige Predigten aus deutscher Kriegsnot überarbeiten würde für normalere Verhältnisse. Auch der Verlag verdient alle Anerkennung für Druck und Papier.

Ingenbohl.

P. A. Neugart, O. S. B.

Voranzeige.

Herderscher Verlag. Von M. H u b e r: **Im Reiche der Pharaonen**, 2 Bände, ist soeben die 2. Auflage (M. 12.—, geb. M. 19.50) erschienen. Das Reisewerk, von dem nach kaum zwei Jahren bereits die zweite Auflage erscheint, führt uns in das alte Wunderland der Pharaonen am Nil, dessen vergangene Pracht mit den Wunderwerken seiner Pyramiden, Sphinxen, Tempeln und Pharaonengräbern nicht bloss in Kairo und Umgegend, sondern auch droben im Tal Theben bei Luxor uns der Verfasser in der alten Herrlichkeit und im glühenden Farbenspiel der Sprache des Orients vor Augen führt. Doch findet daneben auch das moderne Aegypten die gleiche warme Berücksichtigung.

Dr. phil. A n n a H u g: **Die St. Urbaner Schulreform an der Wende des 18. Jahrhunderts.** Mit 6 Illustrationen. (Schweizer Studien zur Geschichtswissenschaft, Bd. XII, Heft 2, 1920. 348 S. Verlag v. Gebr. Leemann u. Co., Zürich-Selnau. Preis Fr. 13.)

Die Zisterzienserabtei St. Urban entfaltete namentlich in der zweiten Hälfte des 18. und zu Beginn des 19. Jahrhunderts ein reges geistiges Leben. Die hochgebildeten Aebte Benedikt Pfyffer, Martin Balthasar und Karl Ambros Glutz-Ruchti machten die Abtei zu einer Stätte emsigen Schaffens. Besonders bemühten sich diese Prälaten, die Volksbildung zu heben. Prälat Pfyffer errichtete im Jahre 1778 eine Trivialschule, führte 1780 die Schulbücher und methodischen Werke des Augustinerabtes von Sagan (Schlesien), Johann Ignaz von Felbiger ein und beauftragte mit ihrem Studium die PP. Nivard Crauer, Konrad Guggenbühler, Wilhelm Willimann und Emerik Mahler. Bahnbrechend wirkte in der Folge besonders P. Nivard Crauer. Er entwickelte von 1780 an, vereint mit P. Konrad Guggenbühler, die Trivialschule rasch zu einem Landeschullehrer-Institut, einer Normalschule im Sinne Felbigers. Auch verfasste er eine Reihe von Schulbüchern und methodischen Anleitungen, die in den katholischen Kantonen und selbst über die Grenzen der Schweiz hinaus weite Verbreitung fanden. In raschem Siegeslaufe eroberte die St. Urbaner Schulreform die katholische Schweiz, und sie zog auch in die paritätischen Kantone Baden, Linth und Thurgau ein. In der Zeit der Helvetik wurde sie neu belebt; später — nach 1805 — erfolgte ihre Kombinierung mit der Pestalozzi'schen Lehrart.

Das vorliegende Buch gibt eine treffliche Darstellung dieser Schulreform, ihrer Ausgänge, ihrer Entfaltung, ihrer Eigenart, ihrer Vorzüge, Schwächen, Hemmnisse, ihrer Verbreitung und ihres Niederganges. Zu einzelnen Urteilen über philosophische und pädagogische Zeitströmungen wären allerdings Vorbehalte anzubringen. Aber mit staunenswertem Fleisse und feinem Verständnis hat die Verfasserin aus der reichen Fülle urkundlichen Materials ein Gesamtbild geschaffen von bleibendem schulgeschichtlichem und kulturhistorischem Werte, ein imponierendes Denkmal des tatkräftigen, begeisterten Ringens und Arbeitens der bescheidenen Ordensmänner, die — zwanzig Jahre vor Pestalozzi — um die Lehrerbildung sich bleibende Verdienste erworben haben. — Von besonderem Werte sind auch die genealogischen, bibliographischen und urkundlichen Beilagen, z. B. die Aufführung der sämtlichen Schriften und Schulbücher P. Crauers; sowie die Illustrationen, unter denen das Bild Nivard Crauers vorzüglich zu begrüssen ist. — Das Buch ist auch methodisch gut gearbeitet, das Vorbild einer schulgeschichtlichen Monographie. — Möge es bei Geistlichen, Lehrern und Lehrerinnen die wohlverdiente Verbreitung und Würdigung finden.

Freiburg i. d. Schweiz.

J. Beck, Prof.

Kirchenamtlicher Anzeiger

für das Bistum Basel.

Moniteur officiel.

Vakante Pfarreien.

Infolge Beurlaubung des bisherigen Administrators muss die Pfarrei Steinebrunn (Kt. Thurgau) zur Besetzung ausgeschrieben werden. Bewerber wollen sich zwecks Aufstellung der Dreierliste ad norm. can. 1452 bis zum 10. November nächsthin hier anmelden.

S o l o t h u r n, den 28. Oktober 1920.

Die bischöfliche Kanzlei.

Zur Beachtung für den hochw. Klerus.

Am Feste Allerheiligen wird alljährlich die letzte für kirchliche Zwecke vorgeschriebene Sammlung gemacht. Wir bitten darum die hochwürdigen Pfarrämter dringend,

den Ertrag dieser Sammlungen schon jetzt an die bischöfliche Kanzlei einzusenden und nicht bis zum Ende des Jahres zu warten, wo die Arbeit sich allzu sehr häuft und auch die Post überlastet ist.

Das Geld für die Bistumsbedürfnisse, Hl. Land, Peterspfennig, Sklavenmission, Diözesanseminar und Caritaskollekte ist an die bischöfliche Kanzlei Postcheck Nr. V a 15, die Gaben für die Inländische Mission dagegen an den Kassier derselben, hochw. Herrn Pfarr-Resignat Albert Hausheer in Zug, Postcheck VII 295, zu senden.

Solothurn, den 29. Oktober 1920.

Die bischöfliche Kanzlei.

Briefkasten.

Es lag uns daran: den Abdruck der päpstlichen Enzyklika zum Abschluss zu bringen. Deshalb mussten mehrere Artikel und Antworten auf Anfragen nochmals verschoben werden, so: Gedanken zu Professor Foersters neueste Entwicklung und Werke — Ein Besuch in Limpas — Limpas und die Wunderdefinition — Nachklänge zum Kasus des Bürgermeisters von Cork — Stellungnahme zu Spiragos eschatologischen Schriften — Artikel über konfessionelle Schule u. Schulsubventionsfragen u. s. f. A. M.

Fraefel & Co., St. Gallen

Anstalt für kirchliche Kunst — Gegründet 1883

Paramente und Fahnen

Kirchl. Gefässe, Metallgeräte, Statuen, etc.

Alle Rohmaterialien zur Herstellung von liturg. Gewändern

Reiche Auswahl von Paramenten-Stoffen

Eigene, ges. geschützte Muster - Schweizerfabrikat

Restauration alter Paramente

◆◆ Offerten und Ansichtssendungen auf Wunsch zu Diensten. ◆◆

Immer mehr Freunde HARMONIUM

erwirbt sich das als das schönste u. vollkommenste Hausinstrument. Auch von Jedermann ohne musik. Vor- u. Notenkenntn. sof. 4stim. spielbar. Illustr. Katalog umsonst. Auch **Orgelharmoniums** mit und ohne Pedal für Kirchen, Schulen und Kapellen.

Aloys Maier, Pöpstlicher Hoflieferant, Fulda. (Gegr. 1846)



Tiroler Kunstanstalt
FERDINAND STUFLESSER

S. Ulrich in Gröden, Süd-Tirol

empfiehlt dem Hochw. Klerus

hl. Statuen, Altäre, hl. Gräber, Kanzeln, Kreuzwegstationen, Weihnachtsskripen, etc. Besonders empfehle ich in dieser Zeit der Seuche hl. Antonius v. Padua, Antonius, Eremit, Isidor, Wendelin und Notburga, Patrone für Vieh, Ackerfeld und Wiesen. Alles aus Holz. (Handarbeit).

Casa Generalizia Ordine S. S. Trinità
Infrascriptus, Minister Generalis Ordinis Sanctissime Trinitatis valde Dominum Ferdinandum Stuflesser, de arte

sculptoria ecclesiastica ex pertem, omnibus sacerdotibus et religiosis Comunitatibus, uti virum honestum et probum commendat.

Rom, Apud S. Chrysogonum die 25. Septembris 1920.

F. Xaverius Pellerin ab Immaculata
Minister Generalis.

Louis Ruckli

Goldschmied
Luzern Bahnhofstrasse 10
empfiehlt sein best eingerichtet. Atelier Uebernahme von neuen kirchlichen Geräten in Gold und Silber, sowie Renovieren, Vergolden und Versilbern derselben bei gewissenhafter, solider und billiger Ausführung.

Ein braver, gut katholischer, bescheidener

Bursche

von 22 Jahren wünscht bis Anfang oder Mitte November als Messmer oder dessen Gehilfen in den Dienst zu treten.

Gesuche mögen gerichtet werden an **Theodor Rheinberger** Posthalters
Vaduz, Liechtenstein.

Anzündwachs

tropffrei

liefert

Anton Achermann
Kirchenartikel-Handlung
Luzern.

Sautler & Cie.

Banquiers Luzern

Kapitalanlagen
Testamentsvollstreckungen
Verwaltungen

Gebr. Santoro

Reckenbühlstr. 4 LUZERN
Gold- und Silberarbeiter,
empfehlen sich

der hochw. Geistlichkeit für alle in ihr Fach einschlagenden Arbeiten.
Gewissenhafte Ausführung
und billige Preise.

Braves 17 jährige

Tochter

sucht Stelle in einem Pfarrhause zur Aushilfe im Hauswesen und zur bessern Erlernung der deutschen Sprache. Nähere Auskunft erteilt **Pfarrer Juillard, Les Bois.** (Jura.)

Guteingerichtete Landbuchdruckerei
mit Setzmaschinenbetrieb
übernimmt noch den

Druck einer Zeitschrift
Zeitung oder Werke
zu kulanten Bedingungen. Anfragen unter Chiffre K. K. an die Annoncen A.-G. Luzern.

Tabernakel

feuer und diebsicher
in fertiger prima Ausführung.

Paramenten - Schränke

erstellt

Johann Meyer,

Kassenfabrik,
Zürichstrasse 54, Luzern.



Venerabilis clero.

Vinum de vite merum ad as, Eucharistiam conficiendam a s. Ecclesia praescriptum commendat Domus

Karthauser-Bucher
Schlossberg Lucerna

Jos. Bättig

elektr. Bäckerei & Conditorei
Luzern.

empfiehlt als Dauergebäck feinste Spezialitäten. Panforte di Siena Croccanti Milanesi Croûtes taki russe. Feinste Cocosmakronen, Graham-biscotti, Desserts etc.

Standesgebethücher

von P. Ambros Zürcher, Diarree:

Kinderglück!

Jugendglück!

Das wahre Eheglück!

Himmelsglück!

Eberle, Kälin & Cie., Einsiedeln.

Franz Weiss, Stadtpfr.

Tiefer und Treuer

Schriften zur religiösen Verinnerlichung und Erneuerung

Ausgezeichnet durch ein päpstliches Schreiben und zahlreiche bischöfliche Empfehlungen

1. Bd.: Der katholische Glaube als Religion der Innerlichkeit
2. „ Jesu unter uns
3. „ Kirche u. Kirchlichkeit
4. „ Verdemütigung u. Versöhnung in der Beicht
5. „ Belebung u. Beseligung in der Kommunion
6. „ Jesu Leiden und unser Leiden
7. „ Jesu Reichsverfassung
8. „ Jesu Reichsprogramm
9. „ Jesu Reichsgebet
10. „ Jesus und Maria
11. „ Jesus und Paulus
12. „ Jesus und ich

Durch alle Buchhandlungen

Verlagsanstalt Benziger & Co. A.-G.

Einsiedeln
Waldshut, Köln a. Rh., Strassburg i. E.

Bei Bedarf in

Kaffee

roh oder geröstet wenden Sie sich mit Vorteil an die Spezialfirma

Lauber-Köhler

Löwenstr. 8 :: Luzern.

Günstige Preise.
Gewissenhafte Bedienung.

Messweine

sowie weisse und rote Tischweine empfehlen

P. & J. Gächter, Weinhandl.
a. Felsenburg, Altstätten, Rheintal;
beidigte Messweinflieferanten

Meßweine

liefert die
Stifts- Kellerei
Muri Gries



durch die bischöfl. vereidigte
Centralstelle
Brambergstrasse 35, Luzern.

Älteres Fräulein, mit eigener Zimmer- und Kücheneinrichtung und Lingerie sucht sofort dauernde

Stellung

bei geistlichem Herrn, nicht im Gebirge wohnend.

Offerten unter A. T. an die Expedition der Schweiz. Kirchenzeitung.

Messwein

Fuchs-Weiss & Co., Zug.
bebildzt.

R. Müller-Schneider Wwe., Altstätten

Höchst prämierte

Wachskerzenfabrik und Wachsbleiche

empfehlte sich für reelle, vorzügliche Bedienung in:
Bienenwachskerzen garantiert rein, gestempelt
Wachskerzen garantiert liturgisch, gestempelt
Wachskerzen prima und Komposition
 Osterkerzen
Stearinkerzen, Weihrauch, Rauchfass-
kohlen, Ewiglichtöl, Ewiglichtdochte und
Anzündwachs.



Sonne *Weine*

Wein-Abschlag

Ia. offene Tischweine

Montagner rot 11 ⁰	Lt. 1.10
Carbieres, französ. 10 ^{1/2}	„ 1.15
Gavi extra 1919er	, 1.50

Ia. Qualitätswein

Villa Franca weiss „ 1.20

bei Abnahme in Leihfässchen von
ca. 60 Liter an franko.

M. Hochstrasser

zum Baslerhof **Luzern** Kasernenplatz
Filiale: Postplatz

Wir bringen in Erinnerung

Praefationes in Missis defunctorum:

Regensburger-Ausgabe mit und ohne Noten 40 Cts.
 nur ohne Noten 30 Cts.
 Turiner-Ausgabe mit und ohne Noten 50 Cts.
 nur ohne Noten 30 Cts.

RÄBER & C^{IE}, LUZERN

Kurer & Cie. in Wil,

Kanton St. Gallen

Caseln	Anstalt für kirchl. Kunst empfehlen sich für Lieferung ihrer solid und kunstgerecht in eigenen Ateliers hergestellten Paramente Kirchenfahnen Vereinsfahnen wie auch aller kirchlichen Ge- fässe, Metallgeräte etc. :-:	Kelche
Stolen		Monstranzen
Pluviale		Leuchter
Spitzen		Lampen
Teppiche		Statuen
Blumen		Gemäde
Reparaturen		Stationen
Offerten, Kataloge und Muster stehen kostenlos zur Verfügung.		

Französ. Messwein v. RR. PP. Trappisten
Spanischen Messwein von bischöflich
 empfohlenem Lieferanten
 sowie weisse und rote Tisch- und Flaschenweine
 in milder und vorzüglicher Qualität durch
Schweiz. Wein-Import Gesellschaft A.-G., Basel.

Unsere Weihnachtsfiguren.

B. den 16. Oktober 1920.

Herren Räber & Cie., Luzern.

Von einer Reise zurückgekehrt, finde ich die mir
 gelieferten 5 Krippenfiguren vor. Dieselben sind sehr
 schön und finden meinen vollen Beifall. Da diese Sen-
 dung billiger war als ich berechnet hatte, so bestelle ich
 anmit noch folgende Figuren. . . . A. M. Pfarrer.
 Prospekte zur Verfügung.

Schweiz. Genossenschaftsbank

St. Gallen, Zürich, Rorschach, Martigny, Appenzel,
 Brig, Olten, Schwyz, Sierre, Au, Basel.

nimmt Gelder an gegen:

Anteilscheine, Dividende seit 1918 5^{1/2} 0/0. Obligationen, 5 0/0,
 5^{1/4} u. 5^{1/2} je nach Zeitdauer. Depositenhefte. Sparhefte. Konto-Korrent,
 gewährt:

Darlehen. Konto-Korrent-Kredite. Hypothekendarlehen. Kredite an
 Gemeinden und Korporationen gegen Bürgschaft, Hinterlage von
 Wertschriften, Hypotheken.

Wechseldiskonto und Inkasso, Geldwechsel, Kapital-Anlaen.
 Weitere Auskünfte erteilen bereitwilligst **Die Direktionen.**

Soutanen und Soutanelen

(Soutanen nach römischem und französischem Schnitt.)
 für die hochwürdige Geistlichkeit liefert in anerkannt vorzüglicher
 Ausführung und bei äusserster Berechnung.

Robert Roos, Massschneiderei, Kriens b. Luzern

Das Schneider-Atelier
 des Missionshauses Betlehem, Immensee liefert

Priester-Kleidungen

in jeder Form nach Mass bei vorzüglicher Ausführung. Schöne Auswahl in
 schwarzen Stoffen. Bescheidene Preise.

Die Elektrischen Unternehmungen A.-G.

Uznach

sind eine **Spezialfirma** der Anwendung elektrischer Energie für
kirchliche Zwecke und befassen sich als solche mit:

Elektr. Kirchenheizungen,
 Elektr. Antrieb von Kirchenglocken,
 Elektr. Kranzbeleuchtungen,
 Elektr. Orgelantrieben,
 Lichtinstallationen aller Art.

Wir empfehlen uns für den Bau von **Licht- und Kraftnet-**
zen sowie **Erstellung ganzer Werke** für Gemeinden.
 Vermittlungsstelle aller elektr. Artikel zu Konkurrenzpreisen.
 Beratungen und Kostenvoranschläge werden gratis ausgeführt.

Wer nach der Liturgie der Kirche beten will, benutze:

Soengen S. J. Mess- u. Vesperbuch

Vollständiges, deutsch-lateinisches, liturgisches Gebetbuch (Laien-
 brevier). In Friedensaussführung bezl. Papier, Druck und
 Einband. 3. vermehrte Auflage. 1126 Seiten, nur 2^{1/2} cm dick.
 Gebunden in Glanzleinen mit Rotschnitt 9 Fr. Durch alle Buch-
 In Kunstleder mit Rotschnitt 12 " handlungen zu
 Mit Goldschnitt 15 " beziehen
 Echt Bockleder mit Goldschnitt 20 "

Butzon & Bercker G. m. b. H., Kevelaer (Rheinl.)
 :-: Verleger des Heiligen Apostolischen Stuhles. :-: